

bonis, nempe, peccata mortalia, ut docet Tridentinum, sess. 14. c. 3. sed confirmati in gratia non habent peccata mortalia, sed ad summum habere possunt venialia, quae sunt materia sufficientis quidem, sed non necessaria, ergo &c.

Ex quibus inferes: B. Virginem utpote quae non solum confirmata fuit in gratia, sed & ab omni etiam peccato veniali immunis fuit, non fuisse obligatam, immo nec capaxem huius sacramenti. Quare absolutio, immo remissionem est, quod aliqui dicunt, B. Virginem fuisse solum quotidie confiteri S. Joanni Evangelistae, & somnium facundiae, dum hanc sententiam tribuit S. Thomas 3. p. q. 37. art. 4. Nam S. Thomas ibi de confessione peccatorum non loquitur, sed de quibusdam purgationibus legis, quibus Sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circumferentiam, & alia legis astra subire ad demonstrandum Humilitatis, & Obedientiae exemplum; & ut approbaret legem, & ut calamitas occasionem Judaei mulari: propter easdem rationes voluit, & Matrem suam implere legis observantias, quibus tamen non erat obnoxia. Ita S. Thomas.

IV. Neque dicas, Baptismus fuit a Christo collatus B. Virgini, quamvis a peccato originali immunis ergo potuit etiam confessionem subire, quamvis omnis culpa actualis expers foret.

Nega enim confes. Quia peccatum originale non est materia Baptismi, sed aqua ad abluendum idonea: ideoque B. Virgo, immo & Christus ipse Baptismum suscipere. At materia confessionis sunt peccata personalia; unde qui omni peccato caruit incipax est confessio.

§. II.

Resolvuntur Alia.

V. Resolvitur ex dictis, primo. Quod unusquisque Christianus, cum ad annos discretionis pervenerit, confessionis lege tenetur, ut ex laudato Cap. Omnis unusquisque scias. Hae tamen aetas certo annorum numero definitur non potest. Quamvis enim vulgo septennium assignetur tamen, ut ait Catechismus Romanus, ab eo tempore incipit, quo incipit homo bonum inter & malum discernere, & in ejus mentis, dolus cadere potest.

VI. Resolvitur secundo. Quod quisquis culpe mortalis confesus, ad sacramentum Eucharistiae vult accedere, aut aliud sacramentum administrare, leges confessionis tenetur. De accessu ad Eucharistiam docet Tridentinum sess. 13. cap. 7. & praecipit etiam omnibus Sacerdotibus celebrantibus, habita tamen copia Confessarii. De receptione autem, & administratione, aliorum sacramentorum traditur in Catechismo Romano, pars 1. cap. 5. num. 45. Probabile tamen est, tam in administratione, quam in receptione aliorum sacramentorum non adeo stricta lege requiri confessionem, quin sufficere possit contritio; quia Concilium Tridentinum citatum solius Eucharistiae, tum suscipiendae, tum conficiendae meminit. Tutius tamen est, qui confesus peccati, vult quodcumque aliud sacramentum vivorum suscipere, vel solemniter administrare, ut prius sacramentali confessione se purget.

VII. Resolvitur tertio. Confessionis lege nos teneri, quoties sumus in articulo mortis. Ita Sanctus Thomas in 4. dist. 17. quae. 3. art. 2. quae. 4. Quia (inquie) ad, quae sunt de necessitate salutis, tenetur homo in hoc vita imparet, ideo si periculum mortis imminet, etiam per se loquendo, obnoxius aliqui ad confessionem faciendam, etiam vel Baptismum suscipiendum. Et propter hoc etiam Jacobus simul praecipit edictum de confessione facienda, & extrema unctio suscipienda. Hinc Concilium Lateran. IV. cap. 22. Clemens V. in Concilio Ravennateni II. Rubrica 15. & Sanctus Pius V. Constit. quae incipit Super ergo, mandat Medicis, ut infirmos moneant, quatenus Medicum advocent antinam, quod si non fecerint, eos relinquunt.

Ex his inferes, confessionis precepto teneri etiam fideles, qui se in mortis discrimen probabiliter adducendos praevident; ut milites in proclivo certaminis (si commode facere possunt) & quicumque longas, ac periculosas navigationes agrediuntur; mulieres etiam proxime parturae, ut S. Carolus in Conc. Mediol. Tit. 5. de Poenitentia.

VIII. Resolvitur quarto. Confessionis preceptum non obligare statim, ac aliquis in morale lapsus est. Ita S. Thomas in 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 4. citata: unde post multa, hanc opinionem, ut probabiliorum eligat. Nam praecipit confessionis est ex illis, quae a Theologis vocantur affirmativa; quae licet semper obligent, non tamen ad semper, seu ad statim, sed ad tempus determinatum: seu Quando ex articulo temporis necessitate inducitur confessio factio. Concilium tamen est, ut omnes, qui in peccatum mortale lapsi sunt, quam citius possunt, confiteantur. Vide S. Th. ibi.

Q U E S T I O VI.

De Qualitate, & Integritate Confessionis.

IN hac Quaestione celebriores difficultates, quae circa naturam confessionis, a Theologis moralibus agitari solent, pro merito resolvemus.

D U B I U M I.

An possit dari Confessio valida, sed informis, & in quibus casibus?

§. I.

Explicatur Status Quaestionis.

I. Duplex est confessio potest esse informis. Primo: quia deficiat illi forma sacramentalis, vel aliquid pertinet ad essentiam confessionis. Secundo: quia licet habeat omnia ad essentiam confessionis requisita, creat tamen effectum, propter quem fit, nempe gratia, & remissione peccatorum. Hic ergo non loquimur de confessione informi primo modo, sed tantum secundo, querendo: an possit dari confessio aliqua, quae valida sit, & ideo non repetenda; & tamen sit informis, id est, non producat gratiam, & remissionem peccatorum in eo, qui confitetur.

II. Adverto etiam: quod in aliis sacramentis, in quibus contritio, & dispositio poenitentis non est pars essentialis, facile est concipere sacramentum validum, & informis. Sicut enim aliquis baptizetur, licet indispotus, dummodo debita materia, & forma adhibeatur, verum recipit Baptisma, licet informis, quia non recipit gratiam; dispositio enim recipientis non est pars essentialis Baptismatis. At in Sacramento Poenitentiae, in quo actus, seu dispositio poenitentis est materia, & pars essentialis sacramenti, difficile videtur, quod possit dari verum & validum sacramentum, quod tamen sit informis, nec conferat subiecto gratiam.

III. Propterea Gabriel, Vega, Sylvius, Vasquez, Coninch, Amicus, & alii existimant, in nullo casu posse dari confessionem, quae valida sit, sed informis. Quia poenitens, vel accedit dispositio, vel indispotus culpabiliter. Si dispositus; confessio est valida, & formata, eique confert gratiam. Si vero culpabiliter indispotus; confessio est informis, sed nulla, & invalida.

Thomae vero, & alii dicunt, posse dari confessionem validam, sed informem, & carentem effectu remissionis peccatorum; diffident tamen in assignandis casibus, in quibus hoc accidat.

IV. Aliqui enim dicunt, eum facere confessionem validam, sed informem, qui facit confessionem non integram defectu examinis; quod in re non est sufficiens, quamvis ex ignorantia vincibilis quidem, sed non crassa, & affectata credatur esse sufficiens: Quod explicat Joann. art. 5. S. Thomas hoc exemplum. Si quis incipit cum aliqua diligentia facere examen, quod nondum absolutio vocetur, seu diverterat ad aliquod ministerium necessarium, verbi gratia, ad assistendum infirmo; & postea omnino oblitus de examine absolvendo, & existans, se satisfecisse, ad confessionem accedit: iste, si alienius mortalis obliviscatur, facit confessionem validam, sed informem; quia in re non fecit examen sufficiens, quamvis ipse credit esse sufficiens.

V. Secundo. Alii dicunt, posse contingere confessionem validam, sed informem, quando poenitens habet quidem attritionem supernaturalem; haec tamen non excludit virtuale quaedam, implicitam, & secretam voluntatem peccandi, licet ipse id non cognoscit.

VI. Tertio. Alii dicunt, tunc contingere confessionem validam, & informem, quando attritio, cum non sit generalis, non se extendit ad peccata inculpabiliter oblita in confessione. Sit exemplum: Nobilis quidam duo habet peccata lethalia, unum furti, alterum duelli: iste cum attritione de primo concepta ex motivo particularis turpitudinis illius, illud solum exponit in confessione; de turpi vero nec dolet, nec illud aperit in confessione, quia oblitus, existimat se illud non commisisse. Is facit confessionem validam quidem, sed informem. Querimus ergo: an in omnibus tribus relatis casibus contingat confessio valida, sed informis.

§. II.

Resoluntur Dubii.

VII. Dico primo. Datur confessio valida, sed informis. Ita S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. art. 4. 2. 1. & in supplement. 3. p. q. 9. art. 1. ubi haec habet: Confessio est actus virtutis, & est pars sacramenti. Secundum autem quod est actus virtutis, est actus meritorius proprius, & sic confessio non valet sine charitate, quae est principium merendi. Sed sacerdos, qui habet claves Ecclesiae, qui per confessionem confitentem confitentis cognoscit: & secundum hoc confessio potest esse etiam in eo, qui non est contritus; quia potest peccata sua pandere Sacerdoti, & clavibus Ecclesiae se subicere. Et quando tunc non percipiat absolutiois fructum, tamen recedente fessione percipere incipiet, sicut etiam in aliis sacramentis est. Unde non tenetur iterum confessionem, qui scilicet accedit: sed tenetur postmodum scilicet suam confessio. Quibus S. Doctor distinguit inter confessionem ad fidem Deo, & ad habitus virtutis est; & sic non valet sine charitate, nec sine remissione peccatorum esse potest: & confessionem factam homini, & ut est sacramenti pars; & hoc modo, etiam non sit conjuncta cum perfecta contritione, potest esse vera, & valida confessio, quamvis sine fructu remissionis peccatorum, & proinde informis.

VIII. Probo ulterius hoc discursu. Si confessio non esset va-

§. III.

Resolvuntur Objectiones.

valida, nisi quando est formata, nemo posset esse tutus, se validam confessionem edidisse. Cum enim nemo sit certus, se adhibuisse omnia requisita ad obtinendam remissionis gratiam, semper esset anxius de confessione facta, an esset repetenda, vel non; ergo ad liberandas ab hac sollicitudine fideliorem conscientias, dicendum est, dari posse confessionem validam licet informem. Sicut causa, de se alicujus effectus productiva, potest aliquando non in dispositione subiecti a suo effectu impediiri; & tamen, ea sublata, effectum suum producere.

IX. Dico secundo. Duobus sequentibus casibus (quidquid sit de aliis) existimo, dari confessionem validam, & informem. Primus est: quando quis bona fide existimat, se habere dolorem verum, & necessarium ad gratiam in Sacramento obtinendam, & tamen coram Deo non habet; quia licet existimat, se deposuisse omnem affectum ad peccatum, in re tamen non depositus: vel licet existimat se habere verum & efficacem propositum non peccandi, revera non habet. Secundus est: quando licet quis habeat verum dolorem in re ille tamen dolor, licet bona fide existimat generalis, revera tamen particularis est motivo est; & consequenter non se extendens ad peccata invincibiliter oblita. Hanc judico esse mentem Sancti Thomae citati asserentis, confessionem validam, & informem contingere ex defectu contritionis, & doloris.

X. Probo autem hoc discursu. In illis casibus confessio est valida & informis, quando pro habenda gratia remissa peccatorum non est confessio iteranda; sed tantum removenda fictio, seu indispotio cum qua ad eam accessit, ut docet S. Thom. citatus: sed hoc in praefatis duobus casibus contingit; ergo &c. Min. prob. In primo casu cum quis accedit ad sacramentum cum dolore in re quidem insufficienti ad gratiam, quem tamen ex ignorantia, ad summum venialiter vincibilis, existimat esse sufficientem: ex una parte potest quidquid requiritur ad essentialia confessionis, ut pars sacramenti est; peccata enim sua subicit clavibus Ecclesiae cum dolore in sui existimatione sufficiente: ex alia vero parte non accedit dispositio ad gratiam coram Deo respiciendam: ad hanc enim non sufficit dolor existimatus sufficiens, sed requiritur dolor sufficiens in re. Unde poenitens hoc modo accedens, se habet respectu sacramenti tamquam passum non sufficienter appropinquatum agenti, & sacramentum respectu poenitentis, tamquam causa non debite applicata; ergo &c.

XI. In secundo etiam casu prob. ponendo casum. Vir nobilis commisit duo peccata: unum furti, alterum vindictae. Primum existimat sibi ignominiosum, non autem secundum. Unde etiam illius obliviscitur, illud vero semper mente gerit, & de eo dolet, dolore tamen concepto ex speciali turpitudine illius: & cum vitio dolore, qui secundum Tridentinum potest esse supernaturalis, & dispositio sufficienti, accedit ad Sacerdotem: & existimat, se facere quod oportet, confitetur peccatum furti, & peccati vero vindictae oblitus, nec illud confitetur, nec de eo dolet, & sic absolvitur. Atqui vir ille nobilis facit ex una parte sacramentum validum, ex alia vero parte non justificatur, nec gratiam recipit; ergo &c. Min. pro prima parte prob. Ille vir confitetur, & subicit Ecclesiae clavibus omnia peccata, quorum recordatur, & in existimatione sua habet dolorem omnium, & absolvitur; ergo ponit omnia essentialia ad sacramentum, nempe, confessionem, dolorem, & absolutionem. Pro secunda vero parte prob. Non potest unum peccatum mortale remitti sine alio; sed in casu peccatum mortale vindictae illi non remittitur; ergo neque illi remittitur peccatum furti. Min. prob. Non remittitur peccatum, nisi habenti dolorem, vel formalem, vel virtuale de illo, sed in casu neque habet dolorem formalem, nec virtuale de peccato vindictae, ejus est oblitus. Quod enim non habet dolorem formalem, supponitur, sed quod nec habet virtuale, sic prob. Dolor de uno peccato ex motivo speciali illius, puta, dolor de furto ex speciali turpitudine illius, vel ignominia, quam asserit, non est dolor adhuc virtualis de peccato vindictae; cum specialis deformitas furti non continetur, sed fit specie distincta a deformitate vindictae; ergo qui dolet de furto ex speciali deformitate furti, nec virtualiter dolet de vindicta.

XII. Si dicat: quod illi dum habet voluntatem suscipiendi sacramentum, censetur virtualiter dolere de omni peccato. Contra est. Nam volentes suscipiendum sacramentum, seu reducant in amicum cum Deo, per se ipsum non excludit peccatum nisi includat dolorem de ipso, vel formalem, vel virtuale; quorum neutrum haberi in casu jam ostendimus, & ideo &c.

XIII. Alium casum confessionis valide sed informis credendum esse admittendum in opinione illorum, qui ad obtinendam gratiam in Sacramento poenitentiae requirunt amorem initialem remissionis charitatis. In hac enim opinione, si quis existimat se habere hunc amorem charitatis, revera tamen non habens, sed tantum amorem suae salutis, accedit ad sacramentum Poenitentiae, validum faceret sacramentum, quamvis gratiam remissionis non reciperet: poneret enim omnia essentialia ad substantiam, esto non ad fructum sacramenti. Nimis enim durum esset, & continuis anxietatibus torqueretur fideles, si ex defectu hujus amoris iteranda forent confessiones. Quis enim certus esse potest, se talem amorem casum, & sinceram vere charitatis habuisse?

XIV. Obijciunt contra primam asseritionem primo. Sacerdos largiens absolutionem non intendit absolvere, & conficere sacramentum, nisi conferendo gratiam; si enim cognosceret, poenitentem non esse sufficienter dispositum, non posset cum abique sacrilegio absolvere, & ergo respat, sacramentum poenitentiae esse validum, & non conferre gratiam.

Respondeo, neg. ant. Licet enim Sacerdos non possit licite absolvere, nisi sacramentum conferre ei, quem indispotum videt, si non tamen habere debet intentionem illud conferendi nisi ei, qui revera dispositus est; alias conferendo Baptismum adulto, qui infuso ipso Sacerdote indispotus accideret, ei non conferret sacramentum; sique nullum sacramentum diceretur invalidum, & informis.

XV. Obijciunt secundo contra eandem asseritionem. Eadem attritio, quae est pars sacramenti, est etiam iuxta Tridentinum dispositio ad gratiam; ergo non fiat sacramentum Poenitentiae esse validum, & habere materiam sibi debitam, & non esse formatum. Si respondeas; dist. ant. Per se, & regulariter, conc. ant. Per accidens, & in casibus allatis, neg. ant. Illis enim in casibus per accidens, & defectu subiecti, attritio est pars sacramenti; & tamen ad gratiam actu non dispositio.

XVI. Contra instant primo. Ut attritio sit pars Poenitentiae debet esse talis, ut super illam verificentur verba absolutionis: sed in casu, quo attritio actu non disponat ad gratiam, non verificentur, quia de facto absolutio a peccatis non fit; ergo &c. Secundo. Qui facit confessionem informem est dispositus: sed qui indispotus facit confessionem, facit sacramentum nullum; ergo &c.

XVII. Respondeo, primam instantiam probare, nec etiam formam baptismi verificari super illum, qui indispotus baptizatur: cum tamen Baptismus, licet informis, sit verus Baptismus. Ratio autem est. Quis, ut docet S. Th. 3. p. q. 66. ar. 3. ad 5. haec verba: Ego te baptizo: Ego te absolvo, facit hunc sensum: Ego sacramentum absolutionis vel absolutionis tibi impono. Quod verificatur, etiam per accidens, & ex indispotio subiecti actu nec abluat, nec absolvat.

Ad secundam dist. maj. est indispotus negative, conc. maj. positive, vel privative, neg. maj. & distincta simpliciter min. nego conf. Indispotio enim, quae facit confessionem validam, & informem, non est indispotio positiva, & voluntaria, sed salum negativa, ignorata, & non voluntaria; & ideo non destruit validitatem confessionis.

XVIII. Obijciunt tertio contra secundam asseritionem, & praecipue contra primum casum. Ut docet S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. ar. 3. qu. 2. ad 1. contritio est de essentia sacramenti Poenitentiae: sed nihil potest esse validum sine eo, quod est de illius essentia; ergo &c. Si respondeas, dist. maj. Contritio, vel in re, vel existimata, conc. maj. semper in re, neg. maj. Ad essentiam ergo confessionis, ut est pars sacramenti, sufficit, ut quis bona fide credens se esse contritum, exponat peccata sua Sacerdoti, eaque subiciat clavibus Ecclesiae: quod si vere non est contritus, confessio non valet quidem coram Deo, quoad peccatorum remissionem, valet tamen coram Ecclesia, & quantum ad validitatem sacramenti.

XIX. Contra instant. Ad valorem Baptismi, Eucharistiae, & aliorum sacramentorum non sufficit materia exhibitiva, si in re talis non sit. Unde si aqua non esset vera & elementaria aqua, si panis non esset vere & triticus panis; quamvis vera aqua, & verus panis in existimatione, nec Baptismus, nec Eucharistia conficeretur. Cum ergo contritio sit materia Poenitentiae si non sit vere sufficiens, est a peccatore exhibitiva, non valet sacramentum.

XX. Respondeo, conc. ant. nego confeg. Nam in aliis sacramentis materia non est actus humanus, sed aliqua res elementaris; & ideo non regulatur ejus veritas iuxta dictamen rationis nostrae, & nostram existimationem, sed iuxta rei veritatem. Unde bene dicit arguens, quod nisi in re fuerit vera aqua, & verus panis, quamvis existimantur tales, nec erit verus Baptismus, nec vera Eucharistia. At materia in Sacramento Poenitentiae est actus humanus: & quia actus humanus veritatem suam, & bonitatem moralem desumit ex dictamine rationis, & prudentiae, & ex estimatione nostrae: ideo quando bona fide existimamus, nos habere verum de peccatis dolorem, talis dolor est materia sufficiens ad valorem sacramenti, quamvis non sit sufficiens ad ejus effectum. Sicut qui adorant hostiam non consecratam, existimans prudenter eam esse consecratam, actum vere adorationis Latrice faceret.

XXI. Sed replicabis. Poenitens, qui bona fide sic agit vel existimat se fecisse totum, quod in se est, vel non. Si non, & nihilominus accedit ad sacramentum, recipit ipsum indigne, sacrilege, & facit sacramentum nullum. Si sic; nulla ratio est, cur ipsi gratia denegetur: quia facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam suam; & vel semper sacramentum est validum, & formatum; vel non est neque validum, neque formatum.

XXII. Respondeo, in praedictis casibus poenitentem revera non facere totum quod in se est. Sed quia hoc ex duplici capite potest provenire, vel quatenus sciens, & volens; vel ex malitia, aut etiam ex ignorantia affectata, & moraliter culpabili praetermissit aliquid necessarium: & tunc committit sacrilegium.







mutant, nec notabiliter aggravant, ut occidere hominem fer-

ro, vel ligno. II. Circumstantia primi generis, conveniunt omnes Ca-

tholici Doctores ex Tridentino, esse necessario contentas, & circumstantias secundi generis restringitur. De quibus plures, ut S.

III. Dico. Probabilis videtur, circumstantias intra eandem speciem notabiliter malitiam aggravantes, esse necessario ad integritatem confessionis aperiendas. Hoc existimo con-

IV. Cœsumo. Concilium ibidem docet, non solum speciem, sed etiam numerum peccatorum mortaliū esse aperiendum, ergo censet, circumstantias intra eandem speciem notabiliter aggravantes esse aperiendas. Conf. prob. Circumstantia notabiliter aggravans, vel importat plures malitias distinctas, vel saltem æquivalat in gravitate pluribus malitiis, & peccatis: unde furtum mille aureorum æquivalat in gravitate, & malitia mille furtis unius auri; & odium per annum integrum durans æquivalat pluribus actibus replicatis odii: quia continuatio peccati est virtualis quedam peccati repetitio; ergo si numerus peccatorum aperiendus est, cur non erunt aperiendæ circumstantiæ æquivalentes tali numero? Hæc tamen ratio intelligenda est, quando æquivalentia est tanta, ut notabiliter augeat gravitatem, & variet in Confessione iudicium. Unde non sequitur, quod si duo furti unius auri aperienda sunt, ita etiam aperienda debeant furtum duorum aureorum, quia licet æquivalentur duobus furtis unius auri, non tamen est circumstantia aggravans malitiam: unde æquivalat quantum ad materiam furti, non tamen quantum ad malitiam actus.

V. Secundo probatur assertum. Circumstantia, quæ potest ab Ecclesia reservari, est necessario aperienda in confessione: sed circumstantia notabiliter aggravans intra eandem speciem potest, immo de se ab Ecclesia reservari; ergo &c. Maj. probatur. Quia confanguinea est circumstantia solum aggravans in specie incestus: & tamen licet incestus ex sua specie non sit reservatus, incestus tamen cum forore, vel matre reservatus est. Maj. probatur. Quia Ecclesia non potest sibi reservare id, quod solum veniale est, & materia libera confessionis: ergo si eas circumstantias reservat, iudicat, eas inducere speciem gravitatem necessario in confessione aperiendam. Incestum autem cum quacumque persona conjuncta esse ejusdem speciei probat S. Thom. 2. 2. q. 154. ar. 9. ad 2.

VI. Tertio prob. Opus externum in communiori sententia non addit novam speciem, & essentialiter malitiam supra actum internum, ut ostendimus. Tom. 1. in 1. 2. Qu. 3. de Act. human. Moral. Dub. 8. sed est sola circumstantia consummationis actus interni extendens peccatum intra eandem speciem: tamen actus externus necessario aperiendus est in confessione; ergo &c. Sicut igitur qui cum confanguinea concubuit, non satisfacit dicendo se incestum commisisse: nisi explicet gradum confanguinitatis: & tamen incestus cum confanguinea solum addit circumstantiam intra eandem speciem aggravantem supra concubitum cum affine, ut docet S. Thom. loco citato. Sicut qui immittit ampullam alicui aures, brachia, pedes, & que oculos eruit, non satisfacit dicendo se graviter alicui vulnerasse. Et qui aliquem omnibus bonis suis spoliasset, non satisfacit dicendo, se in materia gravi furtum fecisse; quæ tamen circumstantia intra eandem speciem aggravans sunt: ita &c.

VII. Ex his omnibus concludo sic: Innoc. XI. hanc propositionem, num. Primam, anno 1679. protulit sic: Non est illicitum in Sacramento confitentis sequi opinionem probabilium, velita tueri. At opinio asserens, ad valorem sacramenti Pœnitentiæ necessarium esse aperire circumstantias notabiliter aggravantes, est tutior: ergo in praxi non est licitum eam relinquere. Est etiam probabilior, maxime post eundem Innocentium, qui dum damnavit hanc alteram, nu. 88. Non tenetur Confessorio interrogari facere peccati alicujus confitentem. Ubi consuetudinem peccati, quæ est circumstantia notabiliter aggravans intra eandem peccati speciem, statuit esse aperiendam; ergo &c.

VIII. Obijciunt primo. Tridentinum, Sess. 14. cap. 5. docens, quantum circumstantia sit in confessione aperienda, solum meminit eam, quæ speciem mutat; ergo alia explicande non sunt. — Si respondeas, ex hoc sequi solum, Tridentinum noluisse hanc questionem definire, & Caterum ex ejus doctrina bene inferri, aperiendas esse etiam circumstantias notabiliter aggravantes, supra ostendimus. Unde de Catechismo Romanus editus ad explicationem Tridentini, par. 2. de Pœnitentiâ, nu. 47. ait: Nique vero solum peccata gravia narrando explicare oportet, verum etiam illa, quæ nunquam peccatum circumstantiæ, & peccatum valde augent, vel minuant. Et infra, inter illa, quæ gravitatem augent, & numeranda sunt, ponit furtum centum vel ducentum aureorum supra furtum unius auri.

IX. Instatur. Concilium post verba præfata subdit: Nihil aliud a pœnitentiâ exigitur: ergo nec sufficere exponere circumstantias, quæ speciem mutant.

X. Obijciunt secundo. Non est necesse in confessione exponere circumstantias notabiliter graves peccatum; ergo nec exponere notabiliter aggravantes.

XI. Obijciunt tertio. Nullum est præceptum de aperiendis circumstantiis notabiliter aggravantibus; ergo sunt quidem aperiendæ de consilio, non tamen de præcepto. Et ita sentit S. Thom. in 4. dist. 16. qu. 3. ar. 2. quæstione 5. Ubi tamen probabilius censet, quod non sint de necessitate confitentis, nisi circumstantia, quæ ad aliud genus peccati trahunt.

XII. Respondetur ad primum, neg. ant. Ex institutione enim sacramenti Pœnitentiæ per modum iudicii, præceptum est quicquid requiritur, ut Sacerdos exactam habeat cognitionem de crimine gravitate; ad quam requiri confessionem circumstantiarum notabiliter aggravantium, ostensum est. Nec oppositum sentit S. Thom. qui ut supra vidimus, ex 2. 2. q. 154. ar. 9. ad 2. censet, incestum, five cum confanguinea, five cum affini, esse ejusdem speciei; & tamen esse in Confessione experimentum censet. Solum ergo ibi vult, non omnes circumstantias, quæ aliquam notabilem quantitatatem peccati addunt, esse aperiendas, & que solum venialiter peccatum gravant: Quia venialis non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia; quæ quantitatim infirmam quædammodo habent. Quia autem dantur aliquæ circumstantiæ adeo gravantes, ut æquivalentur novo peccato mortali intra eandem speciem; ut incestus cum forore, furtum mille aureorum, mora per multos dies in odio Dei, & relapsus in idem peccatum mortale; ideo has non negat S. Thom. esse de necessitate aperiendas; addunt enim, saltem virtualiter, quantitatem infinitam peccato intra eandem speciem.

XIII. Ut autem facilius dignoscatur, quænam sint circumstantiæ notabiliter aggravantes, notat: circumstantiam posse aggravare, vel ratione quantitatis, ut furtum mille aureorum. Vel ratione durationis, ut si quis per multas horas perseveraverit in odio Dei, vel proximi. Vel ratione intentionis, ut si tanto odio exarierit in inimicum, ut mortuum fuerit, eum confoderet. Vel ratione personæ, ut si incestus fuerit cum forore. Vel demum ratione consuetudinis, & relapsus, ut Innocentius XI. statuit.

XIV. Circa questionem: An ad integritatem Confessionis suppono primo. Quod si sine manifestatione complicis, potest explicari integra species peccati, non tenetur immo ex charitate debet tacere personam complicis. — Secundo. Si complicem tenetur prodere ad explicandum peccatum, debet, si potest, Confessurum adire, qui complicem non cognoscit, vel se occultando facere, ut Confessurum veniat in notitiam complicis. — Tertio. Si morale periculum sit, Confessorium extra Confessionem infirmarum, an gravet nomenclatum illarum complici; tenetur, si licet potest seipsum & peccatum suum reticere, ut diximus, reticere etiam personam complicis.

XV. Sed dubium est: An si pœnitens non possit integram sui peccati speciem exprimere absque manifestatione complicis, nec adire Confessurum, qui complicem ignorat; & aliunde nullum damnum complici timeatur ex malitia, vel imprudencia;

Solutio Objectionum.

VIII. Obijciunt primo. Tridentinum, Sess. 14. cap. 5. docens, quantum circumstantia sit in confessione aperienda, solum meminit eam, quæ speciem mutat; ergo alia explicande non sunt. — Si respondeas, ex hoc sequi solum, Tridentinum noluisse hanc questionem definire, & Caterum ex ejus doctrina bene inferri, aperiendas esse etiam circumstantias notabiliter aggravantes, supra ostendimus. Unde de Catechismo Romanus editus ad explicationem Tridentini, par. 2. de Pœnitentiâ, nu. 47. ait: Nique vero solum peccata gravia narrando explicare oportet, verum etiam illa, quæ nunquam peccatum circumstantiæ, & peccatum valde augent, vel minuant. Et infra, inter illa, quæ gravitatem augent, & numeranda sunt, ponit furtum centum vel ducentum aureorum supra furtum unius auri.

IX. Instatur. Concilium post verba præfata subdit: Nihil aliud a pœnitentiâ exigitur: ergo nec sufficere exponere circumstantias, quæ speciem mutant.

X. Obijciunt secundo. Non est necesse in confessione exponere circumstantias notabiliter graves peccatum; ergo nec exponere notabiliter aggravantes.

XI. Obijciunt tertio. Nullum est præceptum de aperiendis circumstantiis notabiliter aggravantibus; ergo sunt quidem aperiendæ de consilio, non tamen de præcepto. Et ita sentit S. Thom. in 4. dist. 16. qu. 3. ar. 2. quæstione 5. Ubi tamen probabilius censet, quod non sint de necessitate confitentis, nisi circumstantia, quæ ad aliud genus peccati trahunt.

XII. Respondetur ad primum, neg. ant. Ex institutione enim sacramenti Pœnitentiæ per modum iudicii, præceptum est quicquid requiritur, ut Sacerdos exactam habeat cognitionem de crimine gravitate; ad quam requiri confessionem circumstantiarum notabiliter aggravantium, ostensum est. Nec oppositum sentit S. Thom. qui ut supra vidimus, ex 2. 2. q. 154. ar. 9. ad 2. censet, incestum, five cum confanguinea, five cum affini, esse ejusdem speciei; & tamen esse in Confessione experimentum censet. Solum ergo ibi vult, non omnes circumstantias, quæ aliquam notabilem quantitatatem peccati addunt, esse aperiendas, & que solum venialiter peccatum gravant: Quia venialis non sunt de necessitate confessionis, sed solum mortalia; quæ quantitatim infirmam quædammodo habent. Quia autem dantur aliquæ circumstantiæ adeo gravantes, ut æquivalentur novo peccato mortali intra eandem speciem; ut incestus cum forore, furtum mille aureorum, mora per multos dies in odio Dei, & relapsus in idem peccatum mortale; ideo has non negat S. Thom. esse de necessitate aperiendas; addunt enim, saltem virtualiter, quantitatem infinitam peccato intra eandem speciem.

XIII. Ut autem facilius dignoscatur, quænam sint circumstantiæ notabiliter aggravantes, notat: circumstantiam posse aggravare, vel ratione quantitatis, ut furtum mille aureorum. Vel ratione durationis, ut si quis per multas horas perseveraverit in odio Dei, vel proximi. Vel ratione intentionis, ut si tanto odio exarierit in inimicum, ut mortuum fuerit, eum confoderet. Vel ratione personæ, ut si incestus fuerit cum forore. Vel demum ratione consuetudinis, & relapsus, ut Innocentius XI. statuit.

XIV. Circa questionem: An ad integritatem Confessionis suppono primo. Quod si sine manifestatione complicis, potest explicari integra species peccati, non tenetur immo ex charitate debet tacere personam complicis. — Secundo. Si complicem tenetur prodere ad explicandum peccatum, debet, si potest, Confessurum adire, qui complicem non cognoscit, vel se occultando facere, ut Confessurum veniat in notitiam complicis. — Tertio. Si morale periculum sit, Confessorium extra Confessionem infirmarum, an gravet nomenclatum illarum complici; tenetur, si licet potest seipsum & peccatum suum reticere, ut diximus, reticere etiam personam complicis.

XV. Sed dubium est: An si pœnitens non possit integram sui peccati speciem exprimere absque manifestatione complicis, nec adire Confessurum, qui complicem ignorat; & aliunde nullum damnum complici timeatur ex malitia, vel imprudencia;

De Persona Complicis.

XIV. Circa questionem: An ad integritatem Confessionis suppono primo. Quod si sine manifestatione complicis, potest explicari integra species peccati, non tenetur immo ex charitate debet tacere personam complicis. — Secundo. Si complicem tenetur prodere ad explicandum peccatum, debet, si potest, Confessurum adire, qui complicem non cognoscit, vel se occultando facere, ut Confessurum veniat in notitiam complicis. — Tertio. Si morale periculum sit, Confessorium extra Confessionem infirmarum, an gravet nomenclatum illarum complici; tenetur, si licet potest seipsum & peccatum suum reticere, ut diximus, reticere etiam personam complicis.

XV. Sed dubium est: An si pœnitens non possit integram sui peccati speciem exprimere absque manifestatione complicis, nec adire Confessurum, qui complicem ignorat; & aliunde nullum damnum complici timeatur ex malitia, vel imprudencia;

dantia Confessarii; possit ac teneatur illum prodere, non obstante infamia illius apud Confessarium.

XVI. Respondetur affirmative. Etque sententia Apud Nostros communis, & etiam apud Extraneos: quam probabiliter enim quis uti iure suo, querendo propriam utilitatem, vel corporis, vel animæ, etiam inde sequatur incommodum proximi: sicut ad defensionem propriæ vitæ licet aliquid facere, ex quo sequatur damnum in vita alterius; ergo cum pœnitens habeat jus ad confutendum animæ suæ per integram confessionem, id poterit facere, licet illi necesse sit alterum prodere, utpote apud unum solum, qui tenet locum Dei; & qui sub eodem sigillo fervare tenetur peccatum complicis, ac peccatum pœnitentis.

XVII. Confirmo. Pœnitens habet jus accusandi integre confessum; ergo habet jus accusandi etiam complicem, si alter non possit integre se accusare. Et sane: si iuxta Adversarios potest pœnitens, etiam extra confessionem, manifestare complicem, quanto magis poterit ipsum manifestare in confessione, quo utilitatem spiritualem propriam, quam magis tenetur procurare, quam utilitatem complicis?

XVIII. Neque per hoc facit injuriam complici. Quia qui se facit locum in crimine, voluntarie censetur etiam se subdidisse cognitioni Judicis; si sine notitia ipsius nequeat exacte iudicare de crimine.

Nec per hoc formaliter diffamatur, sed tantum materialiter. Quia pœnitens non manifestat complicem animo eum diffamandi, sed solum intendit uti iure suo, quod habet ad se integre accusandum. Quod autem accusatio sui conjungatur cum diffamatione complicis, per accidens se habet ad intentionem pœnitentis.

XIX. Quæ hæcenus dicta sunt, intelligenda sunt de complice confesso, & contentente; focus vero si confesus non fuerit, vel violenter ad peccandum tractus. Unde si pœnitens dedisset mari infamiam pharmacum ad extinguendum prolem conceptam ex adulterio, non tenetur eam manifestare. Similiter si quis habuisset incestum cum forore, ipsa postea renuente, non debet eam prodere in confessione. Quia qui confesus non fuit, vel crimini repugnavit, voluntarie non se subdidit cognitioni Judicis; sed solum ille, qui voluntarie confensus in crimen. Unde in hoc casu ad integritatem confessionis per accidens excusatur.

Pariter si Sacerdos, dum confitetur, non potest taliter peccatum suum exponere, nisi violando sigillum confessionis, & detegendo peccatum pœnitentis sibi antea confessi; tunc hoc peccatum tacendum esse docent omnes Casuiste; quia sigillum stat semper in favorem pœnitentis, & necessitas illud servandi prævalet necessitati integritatis confessionis, quamvis utraque sit de jure divino.

QUESTIO VII.

De Ministro, & Sigillo Confessionis.

DE Ministro confessionis, & Sigillo, quo tenetur, hic agendum est.

DUBIUM I.

An Minister hujus Sacramenti sit solus Sacerdos.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Solus Sacerdos est minister Pœnitentiæ. Illustre hujus veritatis testimonium præbet verba Christi, Jo. 20. Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittantur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quæ cum non sint omnibus dicta, sed solis Apostolis, quibus in hoc ministerio Episcopi, & Sacerdotes succedunt; clarum est, eos solos hoc ministerio potiri. Veritas hæc tamquam de fide definita fuit a Concilio Constantiensi in Bulla Marini V. contra Wicleffum; a Florentino in Decreto Unionis; & tandem a Tridentino contra Lutherum, Sess. 14. c. 6. ubi, ex verbis prælaudati Christi, probat, solos Sacerdotes esse ministros absolutionis.

II. Veritas hæc ab Apostolis continua traditio est derivata. Tertullianus, l. de Pœnitentiâ, c. 9. testatur, pœnitentes sui temporis non tantum lacrymari, & ingemiscere solitos, sed & Presbyteris absolvi, & caris Dei adnunciaris. Si Ambrosius l. 1. de Pœnit. c. 2. jus ligandi, & solvendi solis Sacerdotibus permittit affirmat. S. Chryssost. l. 3. de Sacerdotio, c. 5. cujus verba supra reculimus, quod discrete brevioribus hoc dubium proponit. Nunquid convenit, dum super Presbyteros confessor, etiam Anathemam ipsam adesse? Orogensis, Homil. 2. in Levit. Cyprinus, l. de lapsis, S. Hieronymus in c. 16. Mach. S. August. Epist. 223. alias 180. ad Romanos l. c.

III. Uterque est probatur ratione S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. a. 3. q. 1. sub hæc forma. Illi soli habent potestatem absolvendi, qui habent potestatem supra corpus Christi mysticum: ac soli Sacerdotes habent hanc potestatem; ergo &c. min. probatur. Illi soli habent potestatem in corpus Christi mysticum, qui habent potestatem in corpus Christi verum, & confirmat factum cujusdam exorcistæ: qui tunc non Dia-bolus sua revelaret peccata, cum dolore ea laico confessus est.

mysticum, qui habent potestatem in Corpus Christi verum, quia gratia, quæ in sacramentis datur, descendit in corpus Christi mysticum a corpore Christi vero, sicut a capite in membra: sed soli Sacerdotes habent potestatem in Corpus Christi verum; ergo &c. — Explicatur hoc. In Republica bene ordinata non omnes debent esse iudices; cum actus iudicandi requiratur scientiam, & prudentiam, quæ non in omnibus reperitur: cum ergo Ecclesia sit Republica a Christo bene ordinata, & Minister confessionis sit iudex ad absolvendum, vel retinendum; non debent omnes esse ministri.

IV. Secundo probatur ex eodem S. Th. citato in arg. Sed contra. Primo. Absolutio pœnitentis, propter quam fit confessio, non fit nisi virtute clavium Ecclesiæ: hæc autem solis datur sunt Sacerdotibus. Secundo. Confessio præfiguratur in Lazari mortui vivificatione: sed Dominus solis discipulis præcepit, ut Lazarum solverent Jo. 11. v. 44. Solvite eum, & stante abire. Super quæ S. Aug. tract. 49. in Joan. Ideo (inquit) cum præcessit mortuus adhibe ligatus, confitens, & abire reus, ut solveretur peccata ejus, ministris hoc dicit Dominus: Solvite illum, & stante abire. Quis est? Solvite, & stante abire? Quæ solvitur in terra soluta erunt & in Cælo.

Solutio Objectionum.

V. Obijciunt primo illud Jacobi 5. v. 16. Confitemini alter-rarum peccata vestra: ergo non soli Sacerdoti, sed et alter alteri peccata potest confiteri.

Respondetur ex S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. a. 3. q. 1. ad 1. neg. conf. Nam Jacobus loquitur ex præsuppositione divini ministerii: & quia divinitus instituitur præfatus de confessione Sacerdotibus faciendâ, per hoc quod eis potestatem remittendis peccatis in Apostolis dedit, Jo. 20. ideo intelligendum est, quod Jacobus Sacerdotibus confessionem esse faciendam movet. — Hoc autem voluisse Jacobum ostendit. Nam illa Epistola hortatur simul ad confessionem, & Extremam unctionem: at hujus ministerium dicit pertinere ad Presbyteros, v. 14. Informaverunt in vobis? Invenit Presbyteros Ecclesiæ; ergo multo magis ministerium confessionis vult pertinere ad Sacerdotes.

VI. Obijciunt secundo. Pœnitentia est sacramentum necessitatis, sicut Baptismus: sed quilibet homo in casu necessitatis potest Baptismi esse minister, ergo &c.

Respondetur cum S. Th. citato, ad 2. quod Baptismus est magis sacramentum necessitatis, quam Pœnitentiæ sacramentum quoad confessionem, & absolutionem: quia quandoque Baptismus prætermitti non potest sine periculo salutis æternæ; ut patet in pueris, qui nondum habent usum rationis. Sed non est ita de confessione, & absolutione, quæ tantum ad adultos pertinet, in quibus contritio cum proposito confitendi, & desiderio absolutionis sufficit ad liberandum a morte æternâ. Adde potest Baptismus esse per modum regenerationis, confessionem autem per modum iudicii, cujus non omnes capaces sunt.

VII. Obijciunt tertio. In Cap. Fures, 13. q. 2. habetur Si (fures) comprehensi, aut vulnerati, Presbytero, vel Diacono confiteantur, Communionem eis non negamus. Et S. Cyprinus Epist. 13. permittit, ut lapsi, si Presbyter repertus non fuerit, & urgente exitu caperit, apud Diaconum quoque exomologem facere delicti sui possint.

Respondetur ad primum textum, illum vitium esse: quia in Concilio Triburienti, anno 895. c. 31. ex quo illud caput desumptum est, by Diacono non legitur, sed loco illius, Diaconus, & Sacerdoti, Secundo, dico (sicut & ad Cyprinum) ibi servandam esse de reconciliatione in foro externo, ut fideat a publice pœnitentibus; quia in communionem Ecclesiæ recipiebantur per absolutionem canonicam, quæ non Diacono tantum, sed in inferioribus Ordinibus constituitur committi, & delegari potest: non vero de reconciliationis in foro interno, & sacramentali: hæc enim quia non mere jurisdictionis est, sed etiam Ordinis, solis Sacerdotibus convenit, five iure ordinario, five etiam delegato.

VIII. Quæres: An in aliquo necessitatis casu, puta, imminente naufragio, deficiente Sacerdote, possit quis Laico confiteri?

Respondetur cum S. Th. in 4. dist. 17. q. 3. a. 3. q. 2. ad 1. & 3. p. supplem. q. 8. a. 2. ad 1. affirmative sic: Quando necessitas imminet, debet facere pœnitens quod ex parte sua est, scilicet, confiteri, & confiteri cui potest: qui quavis sacramentum perficere non possit, ut faciat id, quod ex parte Sacerdotis est, absolutionem scilicet; deservit tamen Sacerdotis summus Sacerdos supplet. Idem, inquit contritionis, ac devotionis pœnitentis Deus absolvit eum a peccatis; & facit ut iustificetur, non per confessionem, quæ perfecta, & propria sacramentalis non est, sed per contritionem cum voto confitentis coram Sacerdote: ideoque si evaderet periculum, teneretur confiteri. Unde ibidem ad 3. subdit S. Th. Et ideo quavis ille laico confessus in articulo necessitatis confensus sit veniam a Deo; eo quod propositum, quod concepti confitendi secundu-m mandatum Dei sicut potuit, implevit, non tamen adhibet Ecclesiæ reconciliationis est, ut ad sacramenta Ecclesiæ admitti debeat, nisi prius a Sacerdote absolvetur: sicut ille, qui Baptismo fluminis baptizatus est, ad Eucharistiam non admittitur. Et ideo oportet, quod tunc confitentur Sacerdoti cum copiam habere poterit.

IX. Huiusmodi confessio non est sacramentalis usum fuisse frequentem in primitiva Ecclesia, testatur auctor libri de vera, & falsa Pœnitentiâ, & confirmat factum cujusdam exorcistæ: qui tunc non Dia-bolus sua revelaret peccata, cum dolore ea laico confessus est.



Tactatus IX. De Sacramento Penitentia.

est. cum copiam Sacerdotis non haberet; quo factum est, ut Diabolus nullum ejus peccatum propagare poterit.

DUBIUM II.

De potestate Ordinis, & Jurisdictionis.

S. I.

Potestas Jurisdictionis.

I. Deo. In ministro praeter potestatem ordinis, necessaria est potestas jurisdictionis, vel ordinaria, vel delegata, non solum ut liceat, sed etiam ut valide absolvat.

II. Ratio S. Thomae citati haec est. In hoc sacramento hoc est particulare, quod ubi in aliis sacramentis actus nostri sunt potestates ad percipiendam utilitatem sacramenti;

III. Hinc inferitur: quod potestatem ordinis accipiunt quidem Sacerdotes dum initiatur, dicente Episcopo: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remissionis &c.

IV. Dices primo. Si in absolvente requiritur jurisdictionis, sequitur, quod Papa a nemine possit absolvi; cum nemo in ipsum habeat jurisdictionem; sicut & Episcopus a nemine sua communis: sed illi tenentur conferri; ergo &c.

V. Dices secundo. Quod potestatem ordinis accipiunt quidem Sacerdotes dum initiatur, dicente Episcopo: Accipite Spiritum Sanctum; quorum remissionis &c.

VI. Dices tertio. Quilibet Sacerdos sola ordinis potestate potest absolvere saltem a venialibus; ergo &c.

non subjicitur. — Vel quod censuratur Ecclesia pro venialibus absolvens conferre quod jurisdictionem, quam modo de facto admittit.

S. II.

Quando haec duae Potestates distinguuntur.

VII. Deo. Potestas ordinis est realiter distincta a potestate jurisdictionis. Probo. Tum quia: ea sunt distincta realiter, quorum unam stare potest sine alia: atqui stare potestas ordinis absque potestate jurisdictionis; ergo &c.

VIII. Sed dices. Eandem potestatem accipiunt Sacerdotes in sua ordinatione, quam accipiunt Apostoli; sed Apostoli acceperunt potestatem moralem; & expeditam absolvens; ergo &c.

IX. Dices adhuc. Ergo & Sacerdotes dum eis Episcopus dicit: Quorum remissionis &c. accipiunt potestatem non solum physicam, sed moralem absolvens: sed hoc eis dicit Episcopus in ordinatione; ergo. In ordinatione accipiunt &c.

X. Dices secundo. Initio nascentis Ecclesiae omnes Sacerdotes poterant quovisque peccatis absolvere; ergo quilibet vi suae ordinationis habet jurisdictionem. Ant. prob. ex Cap. Plerumque de Penit. dist. 6. ubi Urbanus II. qui circa annum 1100. sedidit, prohibet, ut deinceps ulli Sacerdoti liceat quolibet alteri Sacerdoti commissum ad poenitentiam recipere: sed illi dicitio Deceptor indicat, antea fuisse consuetudinem in oppositum; ergo &c.

XI. Respondet primo, non sequi, quod ante Urbanum fuerit legitima consuetudo, ut quicque vi suae ordinationis posset quilibet absolvere; sed potius, quod apud aliquos in posterum abusus absolvens aliquos alienae jurisdictionis commissos, sine sui Superioris licentia; quem abusus tollere intendit Urbanus. — Vel secundo dicit: quod intendit arguere; hoc Sacerdotes non habuisse in sua ordinationis praedicta, sed ex concessione Ecclesiae; quae ratione aliqua congruente tunc omnibus jurisdictionem concedebat, sicut modo eam omnibus concedit in casibus extremis.

XII. Colligit primo. Quod potestas jurisdictionis non est character Sacerdotalis, nec aliquid physicum, sed aliquid morale; nempe, deputatio legitima ad exercendum officium jurisdictionis, in characterem quidem Sacerdotali fundata, sed quasi extensio ejus a corpore Christi vero, ad corpus Christi mysticum. Hac autem duplex est. Una sacramentalis, seu in foro interno; alia poenitentialis seu in foro externo. Prima in potestate, seu characterem Sacerdotali fundatur, secunda vero non, ut supra indicavimus. — Distinguitur autem haec duae potestates in multis. Primo: quia potestas ordinis confertur quilibet Sacerdoti pro sacra ordinatione; potestas vero jurisdictionis pro deputacione a legitimo Superiore ad officium audiendi confessiones, & absolvens peccatis. Secundo: quod in potestate ordinis omnes Sacerdotes sunt aequales, non autem in potestate jurisdictionis. Tertio: quod potestas ordinis invariabilis est, ac indelebilis; Secus vero potestas jurisdictionis, quae potest augeri, vel minui, immo & totaliter auferri. Demum potestas ordinis non potest delegari, bene vero potestas jurisdictionis.

XIII. Colligit secundo, Summum Pontificem, & Episcopos jus habere sibi reservandi graviorum quorundam criminum absolutioem. Quia ut docet S. Thom. in Suppl. 3. p. q. 2. art. 2. Potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda. Sed quia ad usum hujusmodi potestatis reservatur jurisdictionis, quae a majoribus in inferioribus descendit, ideo potest Superior sibi aliqua reservare; in quibus jurisdictionis inferiori non committit. Hoc etiam multis Canonibus sancitum fuit, novissime vero in Trid. Sess. 14. c. 7. & Can. 11. ubi anathemate fertur eum, qui dixerit, Episcopos non habere jus reservandi sibi casus, nisi quoad executionem poenitentiae; atque ideo casuum reservationem non possidere, quo minus Sacerdos a reservatis vero absolvat. — Causa autem reservandi casus duplex est. Prima, ut hominum poenitentiam ad peccatum quoddam veraciter freno coerceretur. Secunda, ut morbi graviores periculosius Medicis curandi referrentur.

Notandum tamen est, discrimen esse inter casum reservatum, & censuratum. Quod censura est poena Ecclesiastica: casus vero

vero reservatus est peccatum, sine adjunctum habens censuram, five non. Sunt enim aliqui casus Episcopo reservati, quibus nulla adjuncta est. Erunt enim censurae aliquae reservatae, non reservatis peccatis, ob quae illa feruntur, ut sunt suspensiones, & quaedam irregularitates.

S. III.

Aliqua ad Proxim.

XIV. Ex dictis inferes primo: approbationem Episcopi esse omnino necessariam, ut aliquis habeat jurisdictionem. Ita Trid. Sess. 23. de Reform. c. 15. ubi duos modos approbationis assignat. Alterum per collationem Parochialis beneficii; alterum per examen, si illis videbitur necessarium, ut alias idoneus judicetur. Unde qui parochiale beneficium obtinet, cui cura animarum annexa sit, eo ipso audire potest confessiones absque ulteriori examine, aut approbatione: ab hac enim a Concilio excipitur.

XV. Inferes secundo: non posse Parochos deputare ad audiendas suorum Parochianorum confessiones eum, qui neque est approbatus ab Episcopo, neque parochiale beneficium obtinet: ille enim a Concilio non reputatur idoneus hujus sacramenti minister.

XVI. Inferes tertio: ad audiendas confessiones Regularium virorum non esse necessariam Episcopi approbationem, sed sufficere approbationem Superioris Regularis. Quia Concilium limitat decretum suum ad eos, qui audiunt confessiones secularium. Unde si Superior Regularis concedat subdito licentiam eligendi sibi confessorium in itinere, poterit sibi quemcumque eligere, etsi ab Ordinario non approbatur.

XVII. Inferes quarto: quod Sacerdotes approbati in una dioecesi non possunt audire confessiones in alia dioecesi, sine approbatione Episcopi dioecesei. Constat ex Clementina Dudum, titulo de sepulchris, quae quoad hoc caput non est revocata, sed potius confirmata. Tum ex Congreg. Concilii 6. Januarii 1608. quam refert Barbosa, p. 2. de Officio, & Praes. Episcopi allegat. 25. §. 33. Quod confirmavit Clemens X. Constit. supra citata, Parochi tamen subditorum suorum confessiones audire possunt; tum in aliena Parochia territoria, tum etiam in aliena dioecesi; quia cum habeat ordinariam potestatem supra illos, potest illam exercere ubique in illis, quae sunt sine strepitu iudicii, qualis est confessio.

XVIII. Parochus vero qui beneficium Parochiale dimisit, confessiones excipere non potest absque nova Episcopi approbatione. Duplici enim titulo duntaxat Sacerdos audire potest confessiones, ait Tridentinum, hoc titulo Parochiale beneficium obtinet, vel quia ab Episcopo est approbatus. Qui autem beneficium Parochiale dimisit, hoc titulo confessiones audire non potest, quia ejus jurisdictionis jam desit; relata ergo, ut si non approbatur, eas audire amplius nequeat. Ita pronuntiavit S. Congregatio Conc. apud Barbasam, p. 2. de Officio, & Praes. Episcopi allegat. 25. §. 16.

XIX. Inferes quinto: Episcopum non posse sibi eligere in Confessorium Sacerdotem sibi non subditum a proprio Ordinario non approbatur, ut decrevit S. Congreg. Con. ad Sess. 23. Tridentini c. 15.

XX. Quaesitum: An ad audiendas confessiones sufficienter approbata sit ab Episcopo, & ab illo injuste negata? Affirmative sentiunt Navarrus, Diana, Rodriguez, Layman, qui dicit esse communem sententiam Doctorum Salmanticensium, & Complutensium, & in Academia Parisiensi fuisse publice propagatam. Non enim est credibile, Concilium vultisse favere injustis Praeceptorum. Tum quia: ut ex Archidiacono, & Felino dicit Navarrus in summa c. 27. ut Concilii Generalis decreto censetur privilegio derogatum, requiritur expressa ejus derogatio: maxime dum agitur de constitutione Pontificia. Cum autem adfuit Constituciones Clementis V. & Leonis X. editae in Concilio Generalibus Vicensi, & Lateranensi, quibus Fratribus mendicantibus conceditur facultas audiendi confessiones etiam si Episcopus eam injuste denegaverit: nec Tridentinum eis expresse derogaverit, censent eas in suo robore adhuc permanere.

XXI. Totius tamen, & verius negative sentiendum est, non sufficere, Nam Concilium requirit ad valide absolvens, ut Confessorius, si Parochiale beneficium non habeat, sit ab Episcopo approbatus: non est autem approbatus, qui petit, & non obtinet, five jure negetur, five injuste. Eo vel maxime quia denegatio licet ei, cui denegatur, videatur injusta, potest dari iusta causa Episcopo nota, quae denegat: neque inferiori competit de mente Superioris velle judicare. Cum ergo, dum agitur de valore sacramentorum, tutiori, & probabiliori opinioni standum sit, ut decrevit Innocentius XI. ideo tenendum est, ad valide absolvens non sufficere facultatem petitam quidem, sed denegatam, licet injuste. Quare Alexander VII. inter multas hanc damnavit propositionem, n. 13. Satisfaciat praecipuo annuo confessionis qui confessor Regulari Episcopo profertur, sed ab eo injuste reprobat. Expendimus tamen videtur casus necessitatis; in quo ne fideles detrimentum salutis patiantur, censetur Ecclesia cullibus Sacerdoti conferre jurisdictionem.

S. IV.

An Satisfaciat Praecepto, qui in Paschate confitetur alteri, quam proprio Sacerdoti.

XXII. Quaesitum hanc excitat Decretum Concilii Lateranensis IV. Cum enim dicat, quod omnis utriusque sexus, confitetur saltem semel in anno proprio Sacerdoti; & nomine proprio Sacerdotis veniat Parochus, dubium exortitur: an qui in Paschate alteri, quam Parochus sine ejus licentia confitetur, satisfaciat praecipuo. Cui Dubio Justinus Doctor Gallus in suo Comment. hist. & Dign. de Sacr. Punit. c. 4. de Ministro Confess. a. 3. §. 2. censet Canonem Lateranensem, ut quilibet semel in anno proprio Sacerdoti confitetur, nusquam derogatum fuisse; ideoque ad hoc tamen omnes, ut praecipuo paschali satisfaciant. Contra tamen sententia communis est, & ex Gallis eam defendit nover. Alexander, in sua Theol. Dign. & Moral. p. 2. de Penit. n. 8. de Ministro, proposit. 5. & in Hist. Eccl. seculi 13. & 14. Dissert. 4.

XXIII. Dico ergo. Quin in Paschate, etiam sine licentia Parochi, confitetur alteri Sacerdoti summo Pontifici, vel Episcopo approbato, five regulari, five seculari satisfaciat praecipuo confessionis etiam Paschalis, & Canonis Concilii Lateranensis. Probo. Qui est approbatus absolute, & simpliciter a summo Pontifice, vel ab Episcopo ad audiendas confessiones, accipit potestatem ab eo, in quo residet jurisdictionis superioris quam in tali officio habet Parochus; sed qui habet potestatem a Superiore, non indiget ad ejus usum licentia inferioris; ergo &c. & consequenter Sacerdos, seu Poenitentarius sic approbatus, etiam non sit ordinario jure proprius, si tamen proprius per delegationem. Ea ratione, quia ministerium licet ordinarie a proprio contrahentium Parochi benedicendum sit; non tamen excluditur, quin vel ipse Episcopus possit per se benedicere, vel alii benedicendum alteri Sacerdoti licentiam facere, ut ex Trid. Sess. 24. de Reform. c. 1. XXIV. Confirmatur, Et Concil. Lateran. citato, Potest quilibet Sacerdos approbatus audire confessiones, & absolvere etiam in Paschate, si ad licentia Parochi ergo multo magis, si ad licentia summi Pontificis, vel Episcopi: Quis enim adeo desipiat, ut neget summum Pontificem, vel Episcopum non posse dare licentiam, quam Parochus dare potest? Quid plura? Romanorum Pontificum Constitutionibus causa haec fuita est. Contrariam enim sententiam in Joanne de Belviso damnavit tanquam falsam, erroneam, & a doctrina sana deviam Joannes XXII. Constit. quae incipit: vas electissimis, l. 5. Extrav. commun. tit. de Haeretic. Et Leo X. Constit. quae incipit: Dum intra mentis arcana, quae a Concilio Lateranensi V. approbata est, declaravit, Fideles, qui Sacerdotibus Regularibus ab Episcopo approbati confessi fuerint, Constitutioni, quae incipit: Omnis utriusque sexus, quod confessionem satisfecisse. Quid ergo amplius desiderat Justinus? Nunquid quod Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. generali statuerat, alter Pontifex Leo X. in Lateranensi V. non poterat declarare? Merito igitur Clemens XI. Constit. quae incipit: Superna, hoc idem confirmans, ait: Et eos, qui dicit Religiosos simpliciter approbati Paschali tempore confessi fuerint, Constitutioni, quae incipit: Omnis utriusque sexus, quod confessionem satisfecisse censentur.

XXV. Id confirmat Alexander. in Theol. Dign. & Moral. loco citato, pluribus Synodis Gallicanis Dioecesanis, Nemausensibus, anno 1584. Lingonensi anno 1585. Suesionensi anno 1590. & 1595. Turonensi, 1597. Tholosana, 1590. & Suesionensi, 1681. & Provincialibus Rotomagensi, anno 1581. Aquensi, 1585. & Cameracensi 1586. c. 11. Quibus admittit subterfugium, quo fe tueret Justinus dicens, contrarium a Gallicana Ecclesia servari, cuius disciplina praefatos Pontifices praesudicare noluisset.

XXVI. Conclusio igitur: quod cum finis praecipui juris positivi sit charitas; ideo sicut Lateranense, nearctetur via salutis, voluit, ut propriis Sacerdotibus facilis esset ad dandam licentiam petentibus contentis alieno Sacerdoti; adeo ut secundum S. Th. in Suppl. 3. p. q. 8. a. 4. ad 6. peccaret, si eam denegaret: quia multi sunt adeo infirmi, quod potius sine confessione morerentur, quam tali Sacerdoti confiterentur. Ita Pontifices, & Ecclesia, ut ampliore facerent salutis viam, ex charitate concesserunt, ut praeter proprium, alii essent Sacerdotes, quibus sua peccata possent confiteri.



D U A T U M I I I .

An Confessarius in omni Casu teneatur servare sigillum Confessionis.

S. I.

Aliaque Præstantur.

I. Sigillum confessionis nil aliud est, quam obligatio, qua Confessarius teneatur servare secretum de his, quæ audivit in confessione; quæ metaphorice vocatur sigillum: quia sicut, ne aliis palam fiat, solemus secreta oblatere sigillo; sic atque peccatorum Confessori concessita, perpetua silentii lege, quasi sacro & inviolabili sigillo obligari debent a Sacerdote, ne aliis innotescant.

II. Sciendum ergo est; Confessarium triplici præcepto obligari ad servandum sigillum confessionis, nempe, naturali, divino, & humano. Naturali: quia de jure nature est servare secreta sibi concessita, tueri famam proximi, & alteri non facere, quod tibi non vis. Divino: quia Christus confessionem instituit, noluit, eam esse odiosam, & moraliter impossibilem; ergo præcipit media ad hunc finem conducenda, inter quæ unum est secreti arcta custodia. Humano denique: quia Ecclesia strictissime præcipit secretum servari, & poenis quæ violatores puniunt, ut Can. Sacerdos, de Pœnit. dist. 5. ubi inquitur pro peccata depositio, & peregrinatio, & perpetua inclusio in Monasterio.

III. Ex quibus infertur, quod sicut qui furatur rem in loco sacro, velut in asylo depositam, non solum peccat peccato furæ, sed etiam sacrilegii contra religionem, & reverentiam loco sacro debent, ita qui violat sigillum confessionis, peccat, non solum contra jus naturale sacra, sed etiam contra religionem, & reverentiam sacramenti. Unde triplex peccatum committitur, qui illud violaret. Primum detractionis, quia infamaret proximum: secundum infidelitatis, non servans fidem secreti: tertium sacrilegii, non servans reverentiam sacramenti. Et hoc ultimum semper est mortale; cum alia duo ratione levitatis materie possint esse venialia. His præmissis.

S. II.

Resolvitur Dubium.

IV. Deo. Adeo strictè est sigilli confessionis obligatio, ut ne quidem in periculo boni communis, aut in quantitate necessitate possit violari. Sic omnes Theologi, & Canonistæ. Constat ex Cap. Sacerdos supra citato, ubi dicitur, quod Sacerdos non potest revelare secretum confessionis pro quocumque scandalo vitando. Secundo. Quia Sacerdos debet Deo, cuius minister est, se conformare: sed Deus peccat, quæ per confessionem habet, non revelat, sed tegit; ait enim, Ezech. 18. v. 21. Si impius iniquitatem ab omnibus peccatis suis... omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabitur: quod repetitur, e. 33. v. 16. Unde S. Th. in supplem. q. 11. a. 1. in sacramenti (inquit) una exterior generatur, sicut illa verum quæ interior, contingit. Et adeo confessio, quæ quis Sacerdoti se subicit, sequitur est interius submissio, quæ quis Deo subicitur. Deus autem peccatum illius, qui se subicit per penitentiam, tegit: unde et hoc oportet in Sacramento Pœnitentiæ significari. Et ideo de necessitate sacramenti est, quod quis confessionem teneat, & tamen quæ violator sacramenti peccat, qui confessionem revelat.

Ex quibus hæc conficitur ratio. In nullo casu licitum est violare sacramentum, cum hoc sit intrinsece malum: quod autem est intrinsece malum, in nullo casu licet fieri: sed qui confessionem revelat, violator est sacramenti; corrumpit enim ejus significationem, quæ significare debet exterior id, quod interior fit a Deo, qui peccatum in confessione manifestatum tegit, ergo &c.

V. Aliam rationem dat S. Th. citato loco. Si in aliquo casu liceret Sacerdoti revelare peccatum sibi in confessione expostum, homines nimis arcerentur a confessione; nam probabiliter suspicari possent, in his, vel similibus casibus id licere; siquæ confessio fieret odiosa, & pœnitentibus daretur occasio non sincere peccata sua confitendi. Ubi et contra certi de sigillo in quocumque casu custodiendo, Homines magis ad confessionem attrahuntur, & simpliciter etiam peccata confitentur.

VI. Dices primo. Sicut de necessitate confessionis est secretum, ita & ejus integritas: sed in aliquo casu licitum est facere confessionem non integram, ut dictum est: ergo & in aliquo casu licitum erit secretum frangere.

Respondetur primo, neg. min. Integritas enim, quæ est jure divino necessaria ad confessionem, est integritas formalis: & ab hac in nullo casu dispensari penitentis potest, quævis ab integritate materiali, quæ necessaria non est, possit excusari. Secundo, de differentia. Quia præceptum de integritate confessionis cum sit affirmativum, obligat solum, attentis certis circumstantiis, & quando fuerit expediens. At præceptum de non violando secretum confessionis est negativum: ideoque semper obligat, nullo prorsus casu excepto. VII. Dices secundo. Interdum revelatio confessionis necessaria esse potest ad averendum grave damnum Reipublicæ, puta, ad impediendum, ne aliqua hæresis introducatur; ergo in hoc saltem casu licitum erit &c.

Respondetur, neg. conf. Cum enim non sint faciendæ malæ,

ut veniant bonæ; non est violandum secretum, quod de se est malum, ut veniat aliquid bonum, vel evitetur. Nec violatio sigilli confessionis potest conducere ad tantum Reipublicæ Christianæ bonum; quin potius ex ejus conservatione bonum regimini illius dependeat, & conferretur.

S. III.

Quæstio aliqua Resolvuntur.

VIII. Quæres primo: Ap Sacerdos possit revelare a peccata, de quibus ille, qui confitetur, non promittit, nec est ad eam emendandum dispositus: maxime si timeatur aliqua hæresis. — Quidam (inquit) S. Th. citato loco ad 1. affirmative responderunt. Sed hæc opinio videtur erronea. Quia est illa confessio facta sine proposito emendationis facta; est tamen sacramentalis, quoad obligationem servandi sigillum, quia in eo peccator se subicit clavibus Ecclesiæ. Et ideo, ait S. Th. sub occulto respondendo est. Neque sigillum confessionis contra charitatem militat: quia charitatem non requirit, quod apponatur remedium peccato, quod homo hæret. Illud autem, quod sub confessione fitur, est quasi necessarium, cum illud non fiat aliquis ut homo, sed ut Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in spiritualibus casibus, quantum potest, sine revelatione confessionis; sicut monendo eos, qui confitentur, & aliis diligentiam apponenda, ne corrumpantur per barem. Potest etiam dicere Prælati, quod diligentius vigilet super gregem suum: ita tamen, ut non dicas aliqui, per hoc verbo, vel nuncu confitentem prodare. Hæc S. Thomas.

Hæc tamen intelligenda sunt de eo, qui accedit ad confessionem animo se accusandi, & se subdicens clavibus Ecclesiæ; ut vel absolvatur, vel aliquo modo juvetur. Si enim sub specie confessionis peccator veniat animo irridendi, decipiendi, vel Confessarium pertrahendi in confortium peccati sui, non est ejus confessio sacramentalis; idcirco nec inducens sigillum: ut refertur Dominicus Soto, dist. 18. q. 4. n. 7. Vitalis, & alii declarantur fuisse Romæ de quodam, qui prætextu confessionis accesserat ad alium Cardinalem, volens eum in conceptu contra Pontificem conjurationis crimen pertrahere. Quod idem dixerat de muliere, quæ accesserat ad Confessarium animo pertrahendi ipsum ad consentiendum suæ turpi præconceptæ cogitationi.

IX. Ex prædictis infert Natalis Alexander primo. Quod periculo violandi sigillum exponit se Sacerdos, qui de rebus in confessione auditis ita impudenter loquitur, ut possit trahere audientes in notitiam, aut suspitionem penitentis, puta, si diceret: Titius mihi confessus est gravia peccata sua, vel casum reservatum, aut eum ad Pœnitentiarium remisit, hæc injuncti penitentiam: maxime si antea dixerit: se talem penitentiam injungere pro tali peccato. Similiter si dicat de loco parvo, in quo confessiones auditæ, multos ibi esse fornicatores, adulteros, fures, &c. aut in Monasterio esse plures proprietarios. Si quis Superiori domus religiosæ dicat, unus e tua familia, vel domo adulter est, fur, aut mortem tibi machinatur. In his casibus exponit se periculo violandi sigillum: quia saltem indirectè contingere potest, ut veniant in cognitionem persone penitentis.

X. Ex quo etiam infertur, quod nec Parochus, nec Seminarij Rector, sive director Ordinandorum Clerico, ob crimine in confessione auditum, & ex sola confessione sibi notum, potest denegare testimonium de vita, & moribus. Nec Parochus a Matrimonio repellere penitentem, ob impedimentum occultum ex sola confessione sibi cognitum; alius violat sigillum, & injuriat faceret Sacramento Pœnitentiæ. Unde sicut occulto peccatori Eucharistiam publice peccanti denegare non potest; sed private tantum, moneret, ne ad Eucharistiam accederet, antequam se probaverit: ita Parochus &c. manere quidem debent in foro penitentia nomine Dei omnipotentis, ne cum impedimento ad sacramenta Ordinis, vel Matrimonii accedant; non tamen illi denegare possunt Ordinationem, aut benedictionem nuptialem, nisi ex alio motivo eis confiterentur. In hoc enim casu potest revelare; quia illud fecit etiam ut homo, puta quis vidit, vel ab aliis audivit, ut docet S. Th. citata q. 11. supplem. a. 5.

XI. Quæres secundo: Quomodo se gerere debeat Confessarius, qui a Judice interrogatur de crimine, quod sola confessione novit? Dupliciter autem potest Confessarius interrogari. Primo: interrogando de scelere, dicendo, Petrus admittit ne hoc, vel illud scelus? Secundo: interrogando de confessione, dicendo, Petrus hoc ne, vel illud scelus tibi confessus est.

Si ergo primo modo interrogatur debet respondere se sentire, etiam cum juramento. Ratio est. Quia sensus est, nec scio eo cognitionis genere, secundum quem teneat tibi respondere: & hoc etiam præcipitur sub poena excommunicationis. Neque hic est æquivocatio: quia cum notum sit quod Christianos, Confessarios in testes adhiberi non possent: sicut omnes, interrogationem de his peccatis, quæ quis ex sola confessione sacramentali didicit, & ut ait S. Th. q. 11. supplem. citata a. 1. ad 2. debent exillimare, quod tunc interrogant sit eum interrogare: Si sciat ut homo, hoc autem non scit ut homo.

XII. Si autem secundo modo interrogetur, eadem ratione non debet dicere. Non tamen (ut observat Elinus cum aliis) simpliciter negando, alioquin mentiretur: quia negaret, se scire necdum ut homo, sed etiam ut Deus; sed fortiter increpando Judicem, talem interrogationem esse impiam; eique etiam mortem comminanti repugnare, exemplo S. Joannis Nepomuceni qui potius mortem subire voluit, quam Venesio Bohemiz.

D U A T U M I .

Quæ verba sint de Essentia Absolutionis Sacramentalis.

S. I.

Relatis Sententiis Resolvitur Pontius.

Multa sunt verba, quæ in sacramentali absolutione præferuntur. Videndum quænam sint de essentia: ita ut si non præferantur, absolutio sit nulla. In primis certum est apud omnes, verba illa antecedentia, nempe: Misereatur tui &c. & Dominus noster Jesus Christus &c. & ita subsequenter: Passio Domini nostri Jesu Christi, non esse de essentia absolutionis, nec ad valorem ejus necessaria; sed esse solum preces congruas, & utiles ad divinam misericordiam implorandam. Solum ergo difficultas est circa ista verba: Ego absolvo te ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

II. Quia in re Durandus vult, quod sicut in forma Baptismi est essentialis invocatio Trinitatis, ita & in forma absolutionis: & ideo si quis recitaret in nomine Patris &c. Invulide absolveret. — Sed hoc rejicitur. Quia in invocatione sacramenti Pœnitentiæ facta non habetur invocatio Trinitatis, sicut habetur in Baptismi institutione, sed tantum: Quorum remissionis peccata, remittantur tui. Et ratio adest. Quia Baptismus cum introducat hominem ad fidem, cujus præcipuum mysterium est Trinitas, & Confirmatio roboret hominem ad confessionem ejusdem fidei; necessaria est in forma utriusque invocatio Trinitatis; non sic autem in Sacramento Pœnitentiæ. Unde S. Th. 3. p. 2. q. 84. art. 3. ad 3. dicit: quod quia Sacerdos sicut minister absolutionis, conveniunt apponitur aliqua, quod pertinet ad primam auctoritatem Dei, scilicet, ut dicatur: Ego te absolvo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, vel utriusque Passionis Christi, vel auctoritate Dei. Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi, sicut in Baptismo, talis appositio relinquatur arbitrio Sacerdotis.

III. Gabriel autem vult, esse de essentia ista: Ego te absolvo ab omnibus peccatis tuis. — Sed ly ab omnibus non esse necessario apponendum, constat. Tum quia: non apponitur in Rituali Romano jussu Pauli V. edito. Tum quia: cum nequeat fieri absolutio ab uno mortali, quin fiat ab omnibus, illa particula subintelligitur. Tum quia: de venialibus omnibus non semper fit absolutio.

IV. Paludanus autem, & Petrus Soto sentiunt, verba ista: Absolvo te a peccatis tuis, esse necessaria, & de essentia: quia cum absolutio sit indifferens ad absolvendum tum a peccatis, tum a censuris, debet determinari per ly a peccatis. — Sed hoc etiam, esse probabile, non videtur certum. Nam licet verbum Absolvo absolute prolatum indifferens sit; in circumstantia tamen, qua profertur super penitentem, qui constituitur peccata sua, habet quod significet absolutionem positam a peccatis, quam a censuris. Fator tamen, ly a peccatis tuis nulla ex causa esse a Sacerdote omittendum; cum dum agitur de valore sacramentorum, tutor sententia amplectenda sit.

V. Dominicus Soto ab opposito sentit, solum hoc verbum Absolvo esse de essentia. — Sed hoc minus tutum videtur. Sicut enim in formis Baptismi, Confirmationis debet exprimi persona, supra quam cadit forma; ita & in Pœnitentiâ, unde, Jo. 20. Christus dixit: Quorum remissionis peccata; ubi per ly Quorum designavit personam. Adde: quod absolutio se habet ad modum sententiæ judicariæ; in omni autem sententiâ judicariâ exprimi debet persona delinquentis, accusata, & convicta, quæ debet absolvi.

VI. Dices. Si non debent ex necessitate exprimi peccata, a quibus datur absolutio; cur debet exprimi persona, quæ absolvetur? — Respondetur, quod peccata sunt materia removenda; hæc autem non est necessario apponenda in forma, vel sententiâ Judicis, cum ex circumstantiis satis indicetur: sic nec in forma Baptismi ponitur a qua forde Baptismus abluat. At persona, supra quam cadit sententia, necessario apponenda est. Tum quia: ly a peccatis in ly Absolvo necessario continetur; in quo tamen ly te, si non exprimitur, non continetur. His ergo præmissis.

VII. Dico. Probabilius videri, hæc sola verba: Absolvo te, esse de essentia absolutionis sacramentalis. Quod enim ly Ego de essentia non fit, patet: quia in ly Absolvo, ut pote verbo primæ personæ subintelligitur. Hæc videtur esse mens S. Th. 3. p. 2. q. 84. art. 3. ubi ait: Unde patet, quod hæc est essentialissima forma hujus sacramenti: Ego te absolvo.

Probatur autem hæc ratio. Illa sola verba sunt de essentia absolutionis sacramentalis, quæ sufficienter ad significandum essentiam principalem sacramenti Pœnitentiæ; quia sacramenta novæ legis id efficiunt, quod significant: sed hæc sola verba Absolvo te hoc præstant, cum enim effectus Pœnitentiæ sit ablatio, & remissio peccatorum, id sufficienter exprimitur per ly Absolvo te in circumstantiis confessionis prolaturæ: sicut per ly Baptizo te in circumstantiis Baptismi significatur ablutio, non a quocumque, sed a forde originali, & etiam actuali ante Baptismum commissa.

Sicut autem in aliis sacramentis mutatio formæ, si non variat sensum locutionis, non irritat; ita in presenti. Ut si quis diceret: Remitto, vel Condono tibi peccata tua: vel imperativo modo: Absolvaris; valeret absolutio; peccaret tamen Sacerdos, ut pote recedens a verbis præscriptis ab Ecclesiâ: sicut si auctoritatis indicandæ gratia in plurali diceret: Nos te absol-

hemiz Regi imple præcipiunt, quæ in confessione Regine uxoris ejus audivit, revelare. Et ratio est. Quia in obsequantia præcepti secreti confessionis concurrunt. Primo: reverentia debita Sacramento, quod est bonum religionis. Secundo: bonum fidelitatis de non aperiendo arcano. Tertio: Bonum charitatis, & justitiæ de non infamando proximum. Quarto: bonum obedientiæ legi divinæ, & humanæ. Quinto: bonum salutis fidelium penitentium Sacramento. Et tandem: bonum securitatis totius Ecclesiæ de accedendo ad confessionem sine metu infamæ, vel aletius damni, sive in bonis vitæ, sive fortunæ, quibus bonis comparari non potest quodcumque aliud bonum; quod possit ex revelatione confessionis obtineri. Unde S. Th. citatus, ad 2. dicit: Quod sicut præceptum de confessione sacramentali factum est de jure divino, & non potest aliqua dispensatione, vel jussione humana homo absolvi ab eo: ita veluti ad revelationem confessionis potest ab homine cogi, vel licentiarum. Et rationem dat: Quia præceptum de confessione telanda consequitur ipsum Sacramento.

XIII. Quæres tertio: Num ex penitentis licentia possit Confessarius audita in confessione aperire.

Respondent omnes affirmative cum S. Th. laudata quæst. 11. supplem. art. 4. Nam Dico (inquit) Juste, propter quæ Sacerdos tenetur peccatum occultare. Primo, & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti; in quantum scit illud ut Deus, etiam vices gerit in confessione: alio modo, propter scandalum vitandum. Potest autem confessio fieri, ut Sacerdos illud, quod sciebat ut Deus, sciat etiam ut homo; quod facit, dum licentiam eum ad dicendum. Et ideo si licet, non frangit sigillum confessionis; tamen debet cavere scandalum, ne frangat sigilli reputetur.

XIV. Ut tamen hoc licite fiat, due adesse debent conditiones. Prima: quod licentia sit liberè data; alioquin si est metu, vel aliqua alia simili via fit extorta, nulla erit. Cum enim dicta facultas non debeat obtineri, nisi ad bonum penitentis; oportet, ut nominis a volente, ac liberè consentiente obtineatur. Secunda: ut culpa expressa sit, & non mere presumpsa, seu quam penitentis concederet, vel concedere deberet, si rogaretur. Alioquin contingere possit, ut Sacerdos arbitraretur, sibi eam licentiam fore a penitente concedendam, quam tamen, si rogaretur, negaturus esset.

Advertit tamen S. Thom. ibi ad 4. quod ex hoc non sequitur, peccatum jam a Deo remissum publicari, & sigillum frangi. Nam ille, ad quem notitia peccati devenit, meretur Sacerdotis, de voluntate consentiens, participat in aliquo actu Sacerdotis; & ideo simile est de eo, & de interpretare: nisi forte peccator velit, quod ille absolvi sciat, & libere.

XV. Quæres quarto: Qui extra confessionem aliquid sibi sigillo confessionis recipit, dicitur ne frangere sigillum confessionis, si revelet?

Causa iste frequens est. Respondetur tamen negative. Quia debitum sacramentalis sigilli oritur ex sola sacramentali confessione. Adit tamen S. Th. q. 11. supplem. laudata, art. 2. ad 2. Quod aliquis non debet de facili recipere hoc modo. Si tamen recipiat, tenetur ex professione hoc modo celare, ut si in confessione habuerit, quamvis sub sigillo confessionis non habuerit.

XVI. Quæres quinto: An sigillum confessionis se extendat ad alia, quam ad illa, quæ sunt de confessione?

Respondet S. Th. citato art. 2. in Corp. Quod sigillum confessionis dicitur non se extendere, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis confessio: sed indifferens id, quod non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis; patet, sicut illa, per quæ potest peccator, vel peccatum approbatur. Nihilominus etiam illa jure suo studio sunt celanda. Tum propter scandalum: tum propter penitentiam, quæ ex consuetudine accidere solet.

XVII. Tandem advertit cum eodem S. Th. q. 11. supra citata, art. 3. Quod sigillum confessionis competit Sacerdoti, in quantum est minister hujus sacramenti: quod nihil aliud est, quam debitum confessionem celandi, sicut clavus est potestas absolvendi. Tamen sicut aliquis, qui non est Sacerdos, in aliquo casu participat aliquid de actu clavus, dum confessionem audit propter necessitatem: ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare; quamvis proprie loquendo sigillum confessionis non habeat. Hinc ad secretum tenetur interpres, quod penitentiis utitur in confitendo. Id est, qui, vel maligne confitentis peccata, aut data opera audivit, ut etiam casu, & sine culpa, quæ res hæc transit cum suo onere. Is quoque, cui Confessarius vice julle, & de licentia penitentis, consilii petendi causa, vel alio titulo, five etiam injuste, peccata in confessione audita revelaverit. Omnes denique, qui five immediate, five mediate, five licite, five illicitè peccata confessi novaverit: sic urgente charitate, quæ operit multitudinem peccatorum:

Q U Æ S T I O V I I I .

De Forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Verba Sacerdotis absolventis forma sunt sacramenti Pœnitentiæ; per quæ judicium penitentiale completur, & consummatur. De his ergo ea, quæ tractari solent, breviter tamen calamo, examinabimus.